



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliarvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno DCCCCX. ad annum MLXXIII.

Parisiis, 1644

IV. De reuerentia sacerdotibus praestanda.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15625

nibus, pacis in æde primaria quacumque violatæ pœna regniæ pacis ruptæ multam exæquat, libras nimirum quinque, iure Anglorum: in secundaria autem & mediocri, pacis perturbatio centum & viginti solidis pensatur, multa scilicet regia: in fano vero minore, vbi sacra minus sæpe peraguntur, cui fit tamen locus sepulturæ destinatus, sexaginta solidorum pœna esto: in fano denique campestri, vbi nullum fuerit cœmeterium, pacis perturbatori tricenorum solidorum multa irrogator.

IV.

Christiana fide imbutos omnes maximopere conuenit sanctimoniam, ordines, Deoque consecrata loca religiosissime in pace tueri, atque suam cuique ordini dignitatem tribuere. Sciat enim quisque (qui scire saltem volet aut poterit) magni esse ponderis & momenti quod sacerdoti faciendum est pro salute populi, si modo rite Deo placere studuerit. Miri sunt etenim exorcismi, atque admirabiles illæ consecrationes, quibus in baptisterio & eucharistia sacrandis hostis humani generis pellitur ac profligatur. Angeli siquidem circumfusi sacra custodiunt, & diuina freti potentia sacerdoti (quoties rite Deum coluerit) subueniunt. Id quod faciunt quidem omni tempore, cum sacerdos Christum suppliciter ex animo rogarit, atque ab eo flagitarit quæ sunt populo ad vitam necessaria. Hi igitur propter Dei timorem pro sui ordinis dignitate ab aliis discernuntur.

Regii manuscripti capitulum 4.

V.

Si quis itaque sacerdotem ad certam aliquam religionis normam viuentem in crimen vocarit, atque is nullius sibi sceleris conscius fuerit, Missam (si modo id facere non ve-reatur) celebrato, & eucharistiæ perceptione vnus calumniam omnem solus contundito: sin trium fuerit accusatio, percepta (si modo ausus fuerit) eucharistia, atque adiunctis sibi aliis eiusdem ordinis duobus, omnem cogitati sceleris suspicionem diluito. Diaconum ad certam religionis formulam viuentem si quis singulari calumnia criminis reum fecerit, assumptis ordinis eiusdem duobus aliis, diaconus se crimine liberato. Criminatio sin fuerit tripla, admotis ordinis eiusdem viris senis se culpa exoluito. Plebeium sacerdotem, qui se ad nullam certam religionis re-

Regii manuscripti capitula 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. Sacerdotis regularis purgatio.

Diaconiregularis.

Sacerdotis secularis.